

XXXI. SVRRENTVM (p. 76. 966).

ad n. 678. Reversus nuper Surrentum cum titulum denuo examinarem, mihi visum est 5. 6 fuisse NO/AER | /// D·D·D·N·N·N neque quicquam fuisse in litura nisi id quod res requirit *novaercae*.

XXXII. AEQVANA (p. 83).

8346 Vico Equense.

SVCESSVS
A · V · XIIX

Descripsit Lud. Viola.

XXXIII. STABIAE (p. 84. 966).

Nuperrime Michael RUGGIERO splendido volumine inscripto *degli scavi di Stabia dal 1749 al 1782* (Neapoli 1881. 4. pp. 366) acta quae supersunt de effossionibus Stabianis sua cura recuperata collectaque

publici iuris fecit. Inscriptiones tamen cum eae nullas fere dederint, ad nostram supellectilem vix quicquam inde accrevit.

ad n. 769. Ad hoc aes rettulit Ruggierus quae leguntur in actis sub die 17 Aug. 1755: *De metal . . . Dos planchas que se ajustan una encima de otra quedanda bacante a dentro, cuya pieza es 16 onzas larga y 6 onzas de ancho.* At neque descriptio tabulis iis satis apta est et constat eas prodiisse a. 1749.

ad n. 784. Ruggiero *Stabia* p. 291. 346.

ad n. 8439. V. 1 lege DEPOSSIO. Vidi.

ad n. 8440. V. 1 lege XHIM. Vidi.

ad n. 772. Relationes de invento titulo hoc vide apud Ruggierum p. 186. 187.

8347 Stabii rep. . . . 10 . . .
a. 1780. . . . VNI . . .
. . . . RIII . . . Ruggiero *Stabia* p. 289.

XXXIV. POMPEII (p. 89. 967).

Quod narrat Porphyrius in vita Plotini c. 12: ἐτίμησαν δὲ τὸν Πλωτῖνον μάλιστα καὶ ἐσέφθησαν Γαλιήνός τε ὁ αὐτοκράτωρ καὶ ἡ τοῦτου γυνὴ Σαλωνίνα· ὁ δὲ τῆ φιλίᾳ τῆ τούτων καταχρώμενος φιλοσόφων τινὰ πόλιν κατὰ τὴν Καμπανίαν γεγενῆσθαι λεγομένην, ἄλλως δὲ κατηγορημένην ἠέλιου ἀνεγείρειν καὶ τὴν περίεχον χάραν χαρίσασθαι οἰκισθείσῃ τῆ πόλει, νόμοις δὲ χρῆσθαι τοὺς κατοικεῖν μέλλοντας τοῖς Πλάτωνος καὶ τὴν προσηγορίαν αὐτῆ Πλατωνόπολιν θέσθαι, ἐκεῖ τε αὐτὸς μετὰ τῶν ἐταίρων ἀναχωρήσειν ὑπισχνεῖτο. καὶ ἐγένετ' ἂν τὸ

βούλευμα ἐκ τοῦ ῥάστου τῆ φιλοσόφῳ, εἰ μὴ τινες τῶν συνόντων τῆ βασιλεῖ φθονοῦντες ἢ νεμεσῶντες ἢ δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν μοχθηρὰν ἐνεπόδισαν, id Richardus Schoene perquam probabiliter refert ad Pompeios, quorum nullo tempore memoriam plane exolevisse aliunde constat, et quamquam sapientiam civium et philosophiam parietinae Pompeianae parum testantur, tamen in fatis eorum videtur fuisse, ut propter cladem et olim sapientiae laudem mererent et nostra aetate publicis feriis honorarentur.

ad n. 805. Pro [imp. VII] requiritur [imp. X.].I.

ad n. 1074. Addi debuit Capaccium narrare titulum Clodiae Lassiae (sic enim appellat) et Mengaluonis decurionis Pompeiani eruderatum esse in patriae honorem maiorem ab Ioh. Bapt. Romania cive Stabiano.

ad n. 8146. Nuper vidi. Recte omnino editus est, probabiliterque suppletur in fine, cum sic ibi sit FELIX.//CI, id quod proposui feci.

ad n. 8148. Titulum postquam examinavi, abieci coniecturam in superficie scripta proficisci ab homine otioso. Legi in iis 2 T·VIBIVS·C·F·VARVS. — 3 de IVVIR noli dubitare; sed fabrum peccasse vel inde colligitur, quod pro IIII dedit IV.

8348 elogium Aeneae, cuius reliquias adhuc notas edidimus n. 808, nuper auctum est fragmento lato mill. 122, reperto Pompeiis d. 16 Febr. 1882 reg. VIII ins. 7 *nella casa al secondo vano lato ovest, a contare da sud-ovest, nella quarta località a dritta dell' atrio.* Prodiit apud Fiorellium *Not. degli scavi 1882* p. 82 et vidi ego et ectypum habui; quo pertineat, indicaverunt Fiorellius ore itemque nuper Garruccius *Civiltà cattolica* ser. 41 vol. 12 fasc. 778.

A É N E A | s u e n | E R I S
ET · ANCHISA e Alius troia N O S
QVI · CAPTA · TROIA et incensa s P E R
fue RANT IN I t aliam adduxit
M · S V
5

oppidum lauinium CONDIDIT
regnavit annOS · TRIS · IN
10 bellO · LAVRENTINO · NON CON
PARVIT · APPELLATUS EST · INDIGENS
PATER · ET · IN · DEFRUM n V MERO · RELATVS

10 in. litterae L vestigium adest parvum, sed certum. Fuit igitur aut SOLO aut bello; hoc praetuli, etsi belli Laurentini hoc nomine alibi quod sciam mentio non fit.